Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



21

Lect. Pasche. Iohannem.

Cum esset sero die
illo una sabbatorum & fores
essent clause ubi erant discipuli congregati propter
metum iudeorum. venit ihs & stetit in medio
& dicit eis. Pax uobis. Lect. eiusdem.

In uerbis huius sancti euangelii. que in octauas pas
che leguntur in ecclesia. duplex nobis electorum
regis manifestatur. prima quam nec possident
in sola anima iacente adhuc corpore
in uere puluere. secunda quam habebunt recep
tis corporibus in eterna beatitudine. Ait ergo
euangelista. Cum esset sero die illo una
sabbatorum. In uerbo hoc quod dicitur sero. finis
mundi apte poterit designari. de quo per
iohem dicitur. filioli nouissima hora est. De
hoc fine seculi & per paulum dicitur. Nos sumus in
quos fines seculorum deuenerunt. Hoc sero aduenien
te fine uidelicet mundi ad occasum
uergente. dies ille appropinquabit. de quo mox
euangelista subinfert dicens. Die illo una sabbatorum.
Item hic quem ui determinat euangelista quis sit s;
tamen dicit die illo. diem nobis repsen
tat eterne felicitatis festiue iocunditatis.
quem profecto die nulla nox subsequitur. s; ab
ipsa die iugiter permanente in eternitate di
es dierum illuminabuntur. De hac lucida &